



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

25. Moriendum est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

me bonitati tuæ & divinæ providentiæ committo. Nullum locum, tempus, nullum mortis genus, quantumvis ignominiosum & acerbum excipio. Illud unicū rogo, Christe Deus, ne improvisa & subitanea morte finiam. Verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat. Si ita placitum est in conspectu tuo, ut morte subita tollar, non recuso. Fiat voluntas tua in omnibus, o Deus. Spero enim & confido per magnam misericordiam tuam (per quam hoc ipsum unice precor) me tunc in gratia & amicitia tuā moriturū; in qua si moriar, non me mors quantumvis subita separare à te poterit. Nam,

Sup. 4. v. 7. Iustus si morte praecipuus fuerit, in refrigerio erit. Improvisā mors non est, cuius vita fuit provida.

Quod si ergo spatium mihi & tempus futurum non sit (tibi soli, o Deus, hoc notum) quo me tibi commendem: ecce illud jam facio, & quam possum submissimè atque ardentissimè ad te in cælum de profundis clamo: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: Fiat voluntas tua, Domine, sicut in cælo, & in terra: In manus tuas commendo spiritum meum; redemisti me Domine Deus veritatis. Benedicant, & laudent te Deus, creata omnia. In te, Domine speravi, non confundar in æternum.*

Ps. 30. v. 1.

§. 22. Dies vite pauci, & mali.

Quot es annorum? Sexaginta. Et quot tu? Septuaginta. Dic, & quorum tu agis annum? Octogesium. Ah, o boni, ubi sunt vestri anni? Vbi sunt tui sexaginta? Vbi tu tuos septuaginta reliquisti? Et ubi tu octoginta tuos invenies? Quid numeratis jam amissos? Eleganter Lælius ille sapiens dicenti cuidam: Sexaginta annos habeo: Hos, inquit, dicis sexaginta, quos non habes? Nec quod præterit, nec quod futurum est, tuum est. In puncto fugientis temporis pendemus, & magni est, modicum fuisse.

Genes. 47. v. 8. & 9.

Ægyptius Rex Pharaon patriarcham Iacob interrogans: *Quot sunt, inquit, dies annorum vite tuæ?* Respondit senex: *Dies peregrinationis meae centum triginta annorum sunt, parvi & mali.* Audite Tantali, qui sititis perituræ vitæ extensissimos annos: Peregrinos vos scitote, non incolae. Sed neque diuturni itineris peregrini estis. Via vestra & brevis, & mala est: brevis, quia forsitan prius finienda, quam hæc ipsa, quam cum morte dividitis, hora: malam esse nescire non potest, quisquis etiamnum in illa est. Rubos sapiens, quam rosas offert: calendos. Et tamen miscelli adhuc hæretis, & immoramini his vepretis, tam immemores patriæ! Egredie docet Gregorius, vitam hanc viam esse ad cælum; viatorum autem multos via amenitate sic pasci, ut magis eos diu pergere, quam citius pervenire deleat. Heu nos deliros homines! Hosculis capimur, & speciosiores lapillos legimus, negligimus immensas gazas. Terræ sordes & cavernarum spumam corradimus, oblitri quantos & quam veros thesauros perdamus, dum fallis querimus. Miseri & vani! Quid peregrino cum hosculis & lapillis, si ad patriam non perveniat? quid hæc reliquisse oberit, si patriam contingat? Laborare in hac viâ, lassescere, sudare, molestiarum quam plurimum pati, in maximo lucro ponendum. Tantò enim patria placebit magis quanto displicuerit exilium.

Lib. 23. Moral. c. 24. Hæc vita via est ad cælum.

§. 23. Quâ ratione juvenis possit mori senex.

Vti senes non senes, sed pueros, ita juvenes repertas non juvenes, sed ætate provectos. Barlaam eremicola, senex septuaginta annorum, Iosaphato Regi de ætate sciscitanti, annum quadragesimum quintum se agere respondit, ac miranti adjecit, tacuisse se studio viginti quinque annos; quod eos in mundi vanitates impensos, crederet omnino periisse. Ita Similius qui curis Curie sepultus, & potius Imperatori suo vixerat, quam sibi, sepulchro suo inscribi iussit: *Hic jacet Similius*

Barlaamus eremicola cur 45. annum agere se respondit

Tom. I.

A verulus septem. Regum fasti de Saule Hebræo rege hæc memoria prodiderunt: *Filius unius anni erat Saul cum 1. Reg. 13. regnare, capisset, duobus autem annis regnavit super Israël. v. 1.* Saul regni principio, tam sceleris purus fuit, atque infans est unius anni; in hac tamen puritate vitæ, unico tantum anno perstitit, licet universè viginti annis imperaret. Senium multi maturè, & ante senectutem, adipiscuntur; plerique numquam, qui etiam senes vitia retinent puerorum. Hinc pueri centum annorum moriuntur. *Vita bonum non est positum in spatio ejus, sed in usu: potest fieri, ut qui diu vixit, parum vixerit. Quare nihil turpius est quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, quam ætatem.* Eleganter S. Ambrosius de Agnete virgine: *Computabatur, inquit, in annis infantia, sed erat senectus mentis immensa.* Divina Sapientia oraculum proclamavit: *Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata: cani autem sunt sensus hominis, & 9.*

B atas senectutis vita immaculata. Idcirco mores potius quam crines venerandi. Reverentiâ planè uberiore dignus est, quisquis ante annos sit senex. Proba vita, senectus optima.

Arporuit, inquit, tam immaturè mortuus evadere vir magnus, & Reipublicæ perquam utilis. At potuit etiam (quod iustius timetur) fieri pluribus similibus Aspicere juvenes quos luxuria in omne vitium propellit quibus nullus dies sine aliquo insigni flagitio exit. Ergo ille *raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. Consummatus in brevi, explevit tempora multa.* Quicumque ad extremum sui fati venerit, hic moritur senex. Sæpè in longissimâ vitâ minimum est quod vivitur. Gloriosius multò est suâ virtute quam temporis dono fuisse. Satis diu vixit, qui bene vixit: satis diu pugnavit, qui vicit.

Sup. c. eod. v. 11. & 13.

Gloriosius est virtute quâ temporis dono fuisse.

§. 24. Paradoxum. Quisquis voluit, diu vixit.

Breve tempus atatis, satis longum est ad bene vivendum, Lib. 1. Tusc. inquit Tullius. Nemo nimis citò moritur, qui diutius aut melius victurum quam vixit, non fuit. Satis annorum vel ephēbus numerat, qui virtuti, qui æternitati, ad quam natus est, vixit. An non satis locutus est, qui verbulo aut nutu persuasit? An non satis cucurrit, qui palmam obtinuit? An non satis navigavit, qui in portum feliciter pervenit? Optimè enim omnium, qui citissimè. Modò mors præmeditationem nostram non præveniat; quò velocius, eò felicitior erit.

Verum ego (ait apud Curtium Rex Macedo) qui non annos meos, sed victorias numero; si munera fortuna bene computo, diu vixi. Quantò verius, qui vitam suam omnem Deo consecrat, suoque solum Domino placere studet & servire, fidenter dicat: Ego, qui non annos meos, quibus Deo servio, sed desideria mea numero, si beneficia Domini mei bene computo, diu vixi.

Lib. 9. c. 12. med.

Sic est profectò: Centum, imò mille annos, imò sæcula vivit, & Deo servit, quisquis ex animo verèque cupit centenis vel millenis annis; aut multis sæculis Deo servire, si vivere tot annis liceret. Nam apud Deum Voluntas voluntas pro facto sumitur, apud quem ferid voluisse apud Deum facere, sæpè tantumdem est, quantum fecisse. Sic & pro facto martyr esse potest, sanguinemque Christianâ nobilitate profundere, licet sua morte in lectulo defungatur: sic & diu vivere, atque pro Christo fortiter & agere & pati potest, quisquis ardentè cupit ideo diu vivere, ut multum & agat pro Christo & patiat. Nemo non suo die moritur, quisquis divinæ voluntatis decreto moritur.

§. 25. Moriendum est, moriendum.

Augustus Imperator captâ Perusâ in plurimos animadvertit. Orare veniam vel excusare se conantibus, hac unâ occurrit voce: *Moriendum est.* Ita trecentos Dio ait 400.

D 2

ad atam

ad aram Iulio Cæsari exstructam, hostiarum morema- A
dari iussit.

Iustin. Mar. in Iyp. Iren. l. 5. contra heres. Psalms. 89. v. 4. & 2. Pet. c. 3. v. 8.
Iustinus & Irenæus è priscis nobilissimis scriptores acutè obervant, post latam mortis sententiam in protoplastum, mortalium omnino neminem, secundum Dei Calendarium, diem integrum vixisse. Nam Prophetis & Apostolis testibus, *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni; & mille anni, sicut unus dies*: Atqui nullus hominum mille annis vixit; ergo nec diem totum ullus. *Moriendum est*, etiam ad nongentos & amplius annos ætatem produxeris, *Moriendum est*: Hoc ab oraculis divinis, humanà ratione, & experientia certissimum. Oracula divina sex-

Res è contrariis cõposita interitui obnoxia.

centies proclamant, *Moriendum*. Ratio seipsam demonstrationibus evidentissimis convincit, rem è contrariis compositam, interitui obnoxiam, adeoque *Moriendum esse*. Experientia, stultorum ac sapientum magistra, digritum in immensos mortuorum cumulos intendens, vel oculis persuadet, hæcenus neminem unum ex omni numero, mortis impetum elusisse, *Moriendum esse*. Sole ipso clarius est, *Moriendum esse*. Sed an ullum celi tonitruum tam valide aures omnium percellit, atque hoc ipsum? *Moriendum est*. Hic nemini licet esse furdo. Velis nolis, admittere cogis has voces; vel invitas aures penetrat hoc tonitruum: *Moriendum est*, irato Deo propitiòque.

Æschylus olim: Sola, inquit, Dearum mors munera non amat, non admittit dulcis partem spei. Quare sapienter Seneca: Hoc, inquit, affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: Moriendum est. Quàdò melius hoc nescies.
Nat. ag. l. 6. in fine.
Mors naturæ lex, mors officium tributumque mortaliū est, tunc dandum, cum exigitur. Quapropter omnibus omittis; hoc vnum meditare, ne mortis nomen reformides: effice illam tibi cogitatione multà familiarem: ut si ita tulerit, possis illi vel obviam exire.

§. 26. Mortis memoria variè refrendenda.

I. *A*lunt cranium in furno arefactum, & pistillo in farinam redactum, admixto oleo, gangrenæ ac carcinomati felicissimè mederi. Calvas & mortuorum ossa serià contemplatione velut commolere, & unguenti loco adhibere, omnem animi pestem perlanat.

Mortuorum ossium contemplatio animi pestem sanat.
S. Hieronymus, huius meminit in c. 10. Matt.
2. Plato tantò aliquem evadere sapienterem cenfebatur, quantò vivaciùs consideraret mortem. Ideo discipulis suis philosophiæ studiosis hanc legem dixit, ut iter ingressi pedes nunquam operirent. Voluit vir sapiens hoc ritu significare, extremum vitæ assidue cogitandum.

Epist. 2. de itinere in Palaest. milti pag. 134.
3. Nicolaus Christophorus Radzivilius, Princeps Polonus affirmat, in Ægypto eos qui prudentia & ætate ceteris antistarent, oblonga mortuorum ossa, ebore aut ligno efficta, aut etiam vera, hodièque circumgestare, mutuo sibi monstrare, & ad meditandum obitum cohortari. Mensis etiam memoriàm mortis inferunt

Ægyptii memoriàm mortis inferunt mentore mori.
4. Calipha Rex Tartarorum in urbe Bagdad, die festo, quem ipsi Ramadam vocant, conspiciendum se populo daturus, mula vehens, & vestibus ex auro & argento contextis conspicuus; fulgentibus in citadi gemmis pretiosissimis progreditur. Supra citadim verò nigram calanticam gestat; quo quidem ritu, omnè corporis ornatum, mortis tenebris occultandum significat.

Baron. to. 7. an. 565.
5. Iustiniano Imperatori mortuo, instrata veitis stragula, in qua opere Phrigio, victarum urbium, & barbarorum Regum; quos ipse debellarat, effigies textæ. Ecce tibi inter pugnas, triumphos, victorias, mortis simulacrum. Ludit certè mors in imperiis, & æquo pulsat pede pauperum tabernas, regumque turres. Mar-

Antea Orthon Columna dictus.
tinus V. summus Pontifex, hoc habuit symbolum loquentis picturæ, seu tacentis poëleos: In pyra jam accensa jacebant, brevè etiam aritura Pontificis tiarâ, Cardinalium galerus, Antititum insula, Imperatoris dia-

dema, Regum coronæ, Ducum pileus & gladius. Adscriptum lemma: *Sic omnis mundi gloria.*

6. Nautæ, nescio cuius, responsum probò, quem *Deremedio* cum quidam interrogasset: *Vbinam pater ejus obiisset?* *Ubi quæ in mari, dixit. Cùmque ille idem de avo & proavo, dial. 121. Eranc. te. trar. cujus opera sapius hic m. n. n.* atque atavo nominatim quæsiisset ex ordine, responsumque idem de singulis accepisset, subiecit: Et numquid tu, ait, mare ingredi non times? Responsum nautæ: *Suo, ait iste, in lectulo. Sed ubi avus, ubi proavus, ubi ceteri majores tui? Omnes, inquit iste, suis in lectulis obierunt. Tunc nautæ: Non tu, inquit, times lectulum conscendere, omnibus maioribus tuis fatalem? Eleganter quidem, aliquantòque plus quam nauticum fert ingenium. Quotidiana sit cogitatio nostra, quæ Iusti Lipsii fuit; fuit corpeptus morbo decubitus dixit: *Ad lectum, ad lectum. Sæpe qui dormiunt, ducuntur ad mortem, somni fororem.**

7. Joannes, Patriarcha Alexandrinus, qui ab eleëmofynis nomen traxit, superstes & sanus montumentum si- *Epist. c. 18. in vita Io. Cur Ioannes Alex. momento perfectum est, jube igitur inchoatum absolvi, nescis enim quâ absolvi nō possit.* bi exstui iussit, sed ideo non absolvi, ut diebus solennioribus, præsentè jam clero, rem sacram facturum, ab uno aliquo sic moneretur: *Domine, sepulchrum tuum im-* *Idem ibid.* *horâ fur veniat.*

8. Imperatorem Orientis recens creatum nemini prius alloqui licebat. Quam latomus aliquot diverfi coloris marmora exhibuisset, interrogassetque: E quo genere lapidum, Majestas Tua monumentum sibi vult fieri? Quid hoc aliud erat, quam dicere: Ne supercilium tollas Imperator, homo es: morieris, sicut potestemissimus mendicorum. Sic ergo regnum administtra quod perditurus es, ne regnum perdas æternum.

9. Domitianus Imperator primoribus Senatorum & equestris ordinis, epulum dedit hunc in modum. *Xiphilinus in Domitiano, qui hoc epulo non mortis memoriàm, sed risus vanitatem quæ-* paravit ades omni ex parte nigerrimas. Laquearia, parietes, pavementum, sedilia, atra omnia, & luctum spirantia. In hoc mortuale triclinium nocte introducti convivæ, absque comitibus; iuxta singulos collocatum risu vanitatem quæ-

nuchus, qualis in monumentis solet. Ministri mensæ & ipsi colorem noctis vultu & veste referebant, cenantesque saltatione funebri cingebant. Cena interim magno silentio peragebatur; Domitiano insuper sermonem de iis, quæ ad mores & funera spectarent, super mensam ingerente, convivis extrema meruentibus, metrique panis jam exanimatis. Quid itaque? Salubre sibi & Senatoribus documentum parasset Domitianus; sed montes parturiebant, natuque demum ridiculus mus. Rectius Ægyptii, qui convivii risus lugubri castigant epilogo.

§. 27. Novum indusum, nigra litteræ.

D *C*ayri in Ægypto templum Turcicum (Moschæam *Radz. ep. 3. vocant*) hac ratione ædificatum est. Assanus Basiliteris in Palaest. milti pag. 176. cha vir tam vasti quam avari ingenii, nomen suum in Orbem vulgaturus, grandi aliqua substructione, sed nullis ferè suis sumptibus, hoc invenit consilium. Vbivis frictis & locorum proclamari jussit, constituisse se ingens Deo avaritia templum condere. Ut autem hoc opus felice successe- quæ-

liberam stipem erogatum iri, dictusque est certus & dies & locus partiendæ eleëmofynæ. Evocavit hæc res immensum populum ex Ægypto universa: sed & aliis è regnis Cayrum plurimi confluxerunt. In adventum horum Assanus maximum indusiorum & tunicarum numerum parari jussit. Eos autem qui stipem accepturi venerant, ex amplissimo atrio in aliud æquè amplum, per aliquot ostiola, & non nisi singulos transire voluit. In hoc transitu singulis suæ vestes ademptæ, & indusium tunicaque nova vi obtrusa. Hoc eo factum, ut quid-